Item ad unum miliare vel circa de Bethleem est quaedam capella satis devota, fundata super locum ubi erant pastores, quando angelus cum maxima claritate nunciavit eis filii Dei nativitatem (3). Item ad tria miliaria de Bethleem, eundo versus Jerusalem, invenitur sepulchrum Rachelis, uxoris Iacob patriarchae, et prope locum illum invenitur quaedam planicies quae Campus Floridus nuncupatur, in quo quidam lapides per omnia ad modum cicerum reperiuntur. Quod accidit, ut in libro *De infantia Salvatoris* narratur, quia dum B. V. Maria cum puero et Ioseph transirent semel per locum illum, Ioseph (17^r) petiit a quodam homine cicera seminante, quid in campo illo seminabat. Cui respondit invective, quod lapides seminaret. Et Ioseph : Domino ergo placeat, quod illa quae seminas, lapides efficiantur. Quod et factum est, nam ibi usque hodie lapides ad modum cicerum inveniuntur (4).

(1) Légende attestée dès les x-xi^e s., cf. *ELS.*, n^{os} 117, 124, 126, 128, etc. D'après CAT., 376; ODO., 153 on voit cette étoile; mais POC., 61 dit plus modestement qu'on la voyait naguère. Cf. encore ITIN. JER., 186; 233; ANG., 32.

(2) Sur la « Grotte du lait », cf. B. BAGATTI, *Gli antichi edifici sacri di Betlemme*, Jérusalem, 1952, p. 245 ss.

(3) Sur le Champ des Pasteurs, cf. BAGATTI, *ibid.*, p. 238 ss.

(4) Cette légende souvent rapportée par les contemporains (SAN., 258; VER., 63; POC., 59; FRE., 70; GUC., 126) méritait plutôt à ce champ le nom de *campus cicerum* que lui donne RIC., 110. Celui de *campus floridus*, également fréquent (cf. ITIN. JER., 66, 98, 104^a, 186, 232; ODO., 153), vient d'une autre légende que raconte, par exemple, MAU., 162 s. Theode-

Post locum istum, ad unam leucam, venit in Jerusalem, ubi tam intus quam extra sunt multa loca sancta cum devotione visitanda. Intra civitatem ergo est quaedam ecclesia valde pulchra et magna quam S. Helena fabricavit, in cuius medio est quaedam capella modica et rotunda, infra quam est sepulchrum Domini gloriosum (1). In introitu vero sepulchri est quidam lapis, super quem Joseph ab Arimathea nobilis decurio et Nicodemus princeps Judeorum laverunt et unxerunt sanctissimum corpus Christi. Post hoc intratur ad sepulchrum, quod nunc est vallatum et circumdatum tabulis de marmore valde albo, ita quod in anteriori tabula sunt tria foramina, per quae intus sepulchrum videri poterat, sed nunc obturata propter Christianos qui sepulchrum destruebant, quilibet de ipso recipiens pro reliquiis clandestino vel patenter (2).

Item prope sepulchrum, versus portam ecclesiae, est unus lapis niger de marmore ad quantitatem et mensuram corporis Christi, super quo primo posuerunt eum, quando de cruce deposuerunt (3).

Item iuxta chorum ecclesiae, ad dextram est, quidam locus qui vocatur Golgota, iuxta quem satis prope sunt sepulti duo gloriosi et valentes reges Jerusalem, videlicet Vgo de Bilon, qui semel cum armis lucratus est totam Terram Sanctam, et unus alius (18^r), de cuius nomine non recordor (4).

Super Golgota est quidam mons, qui vocatur mons sive Calvariae

ricus atteste dès 1172 (*ELS.*, n. 132) l'intérêt des pèlerins pour ce champ pierreux, mais n'en fournit pas encore cette explication.

(1) Sur le Saint Sépulcre vers cette époque, cf. *JN.*, 291 ss. — Fr. Humbert n'y mentionne pas encore les Frères Mineurs : bien que ceux-ci aient obtenu dès 1323-1327 la permission d'y assurer le service religieux, ils ne devaient s'y établir à demeure qu'en 1333 (et au Cénacle en 1335); cf. GOLUBOVICH, *Biblioteca bio-bibliografica...*, IV, 1-73; III, 309 ss.

(2) Ces trois ouvertures, que mentionne déjà l'higoumène Daniel (*JN.*, 264), n'étaient cependant bouchées, ni peu avant le passage d'Humbert (*Sim.*, 281), ni peu après lui (*Sud.*, 79), et Niccolò da Poggibonsi (*Pog.*, 18) pourra encore, sinon toucher, du moins voir à travers elles. — Les pèlerins s'acharnaient en effet à détacher des fragments de pierre de tous les lieux vénérés, tel ce Jacques de Vérone qui prend à cet effet *duos scarpelos ferreos fortes seu subulas* et se fait des reliques au Calvaire, tandis que ses compagnons ont éloigné les gardiens grecs (*Ver.*, 27 s.), mais se plaint ensuite naïvement des pèlerins précédents qui, agissant de même, ont abîmé les empreintes des pieds de N. S. dans la Prison (*Ver.*, 30). Sur ce sujet, cf. B. BAGATTI, *Eulogie palestinesi*, dans *Orientalia Christiana Periodica*, XV, 1949, pp. 126-166.

(3) Ce doit être la même « Pierre de l'Onction » dont il a été déjà question quelques lignes plus haut et que mentionnent bien des pèlerins, par ex. *Sim.*, 281 (mention de Joseph et Nicodème), *Ver.*, 30, *Sud.*, 79 et *Fre.*, 77 (pierre noire), *Pog.*, 15 (porphyre vert). C'est à la fin du XIII^e s. qu'une pierre a marqué en ce lieu, vénéré aujourd'hui encore, le souvenir de l'Onction, qui était auparavant associé à l'Omphalos; cf. *JN.*, 267 et 291 s.

(4) Les souvenirs d'Humbert manquent de précision. Son « Ugo de Bilon » n'est autre que Godefroy de Bouillon, dit alors « Godefroy de Boylloun » (*Itin. Jer.*, 230) ou « Godofredus Bolion » (*Rev.*, 335) ou « Godefridus de Bulhon » (*Ver.*, 28) ou « Godefridus de Bulion » (son épitaphe). L'autre roi dont Humbert ne se rappelle pas le nom est son frère Baudouin I^{er}. Sur ces sépultures, cf. *JN.*, 280.

locus, ubi Christus crucifixus est et duo latrones cum ipso, et foramen apparet adhuc ibi, ubi Crux Sanctissima fixa fuit. Item fixura seu scissura aut ruptura, quae facta fuit in rupe quae est eiusdem montis, apparet ibi adhuc usque in diem hodiernum.

Item iuxta locum Calvariae immediate est quoddam altare, ubi sacerdos quilibet, dum tamen necessaria habeat, potest si voluerit celebrare. Item iuxta chorum ecclesiae, ad dextram satis prope, est una pars de columna, in qua Christus fuit ligatus et durissime flagellatus (1). Item retro altare maius est quaedam cava seu crocta, habens in profunditate xlii duos gradus vel circa, in qua cava invenit S. Helena mater Constantini (18^v) Imp., devota et sedula inquisitrix, S. Crucem D. N. Jesu Christi nec non et duas cruces latronum. Unde similitudo crucis Christi apparet adhuc hodie in rupe, in qua tamdiu abscondita fuit.

Item ad sinistram partem chori est quidam locus, qui vocatur Carcer Christi, quia opinative dicitur quod Christus in illo a Judaeis fuit incarceratus (2).

Item, ad sinistram partem sepulcri est quidam locus, in quo Christus in die Pasche, postquam resurrexit a mortuis, apparuit B. Mariae Magdalene, quando dixit sibi : « Noli me tangere, quia nondum ascendi ad Patrem meum » etc. Item extra totam ecclesiam, ad dextram loci Calvariae, est quaedam capella valde devota, fundata super locum ubi tempore passionis iuxta crucem Domini stabat B. mater Jesu. Ad sinistram vero dicti loci est alia ca(19^r)pella, fundata super locum ubi eodem tempore stabat iuxta crucem Domini B. Ioannes Evangelista. E directo autem ex alia parte est alia capella, fundata super locum in quo dicto tempore passionis stabat B. Maria Magdalene (3). In platea etiam quae est inter istas tres capellas, in conspectu

(1) Humbert, comme SIM., 282, ne connaît encore qu'une colonne de la flagellation, vénérée depuis Constantin Monomaque (JN., 274) et placée dans une chapelle du déambulatoire. Une deuxième colonne apparaîtra quelques années plus tard, chez POG., 19 et FRE., 77. On croit voir chez Marino Sanuto (SAN., 254) un premier germe de ce dédoublement qui semble tant embarrasser Pierre de Pennis (PEN., 349 s.).

(2) Sur les origines et l'histoire de cette Prison du Christ, cf. JN., 225, 256 et 272. On y trouve un écho du *opiniative* de Fr. Humbert dans le *fabulatoire* de Frétellus et dans la réticence de Jean de Würzburg.

(3) Les pèlerins contemporains mentionnent trois ou quatre chapelles donnant sur le parvis du S. Sépulcre, mais selon un ordre et des titres qui varient; cf. VER., 32 s., 108; MAU., 168; POG., 31-33; FRE., 76; GUC., 133; SIC., 186; MAR., 620; ANG., 30. Éclairé par leurs témoignages, surtout par celui de Niccolò da Poggibonsi qui est le plus détaillé et le plus précis, le texte d'Humbert peut s'interpréter ainsi : la chapelle où se tenait la Vierge est l'oratoire de Ste Marie du Golgotha, situé sous l'escalier d'accès extérieur au Calvaire, aujourd'hui en possession des Abyssins sous le titre de Ste Marie l'Égyptienne. La chapelle de S. Jean, attribuée alors, tantôt à Jean-Baptiste, tantôt à Jean l'Évangéliste (comparer POG., ch. 42 et 43), est l'actuelle chapelle S. Jacques des Arméniens, séparée de la précédente par la chapelle S. Michel des Coptes (jadis des Géorgiens ou des Jacobites), dont Humbert ne

ecclesiae Sepulchri, est quidam lapis quadratus in medio pavimenti, super quem Christus deposuit Crucem quam portabat, et inde fuit tradita deportanda Simoni Cirenensi, venienti de villa (1). Ante sepulchrum satis prope est quoddam hospitale S. Joannis, quod fuit antiquitus mirabile negotium et solenne, sub quo, ad iactum unius balistae, est templum Domini quod Salomon aedificavit, mirae pulchritudinis, quod Saraceni nullum christianum permittunt intrare, nisi abneget fidem suam (2). Quod quidem templum habet xii mirabiles portas. (19^v) In isto templo fuit Christus oblatus in die Purificationis et, secundum aliquos, Isaac, filius Abrahae, immolatus. In hoc templo stat adhuc Arca Domini, in qua positae fuerunt tabulae Testamenti (3).

Iuxta templum Domini ad iactum unius lapidis est domus et manerium Salomonis. Ante templum Domini ex uno latere est porta Speciosa, in qua stabat ille quem curavit B. Petrus apostolus dicens : « Aurum et argentum non est mihi » etc. Item in vico qui est iuxta portam Speciosam ex uno latere est domus Herodis, in qua Christus fuit illus ab eodem. In alio latere eiusdem vici est domus Pilati, in qua Christus fuit morti adiudicatus, in columna flagellatus et corona spinea coronatus. Item prope domum Pilati est domus Annae, in qua Christus fuit consputus, velatus et derisus. Item prope domum Annae est domus (20^r) Caiphae, ad quam Christus a Judaeis fuit adductus, captus crudeliter et ligatus (4). Item in eodem vico est

parle pas. En face de ces chapelles, c'est-à-dire à l'occident du parvis, celle de Ste Marie Magdeleine correspond à l'actuelle église des Quarante Martyrs, paroisse des Grecs orthodoxes arabophones et ancien baptistère de Constantin. Cf. *JN.*, 138-143; 283.

(1) Sur cette pierre, aujourd'hui disparue, certains pèlerins ne mentionnent qu'un repos du Christ portant sa croix (*SIM.*, 282; *MAU.*, 168); d'autres ajoutent, comme Humbert, la remise de la croix à Simon de Cyrène (*SUD.*, 82; *SIG.*, 186). Cette tradition est le doublet d'une autre, qui plaçait la rencontre du Cyrénéen près de Notre-Dame du Spasme : *RIC.*, 112 (avec mention d'un repos du Christ); *SAN.*, 257; *PIR.*, 404; *REB.*, 332. A partir de Jacques de Vérone (*VER.*, 33, 46 s. et 108) on combine les deux traditions : près du Spasme Jésus est relayé par Simon, mais il se repose encore peu avant le Golgotha : *POG.*, 57 et 90; *GUC.*, 128 et 133. *Frescobaldi* (*FRE.*, 71 et 76) est particulièrement habile dans l'harmonisation des deux traditions. On assiste ici à la genèse du Chemin de Croix, avec ses diverses haltes, qui deviendront des « chutes ». Cf. *JN.*, 616, 618, 622.

(2) Interdiction rappelée par tous les pèlerins, mais à laquelle *MAU.*, 169 se vante d'avoir échappé, grâce à des lettres spéciales du Sultan; ce qui nous a valu de sa part une description de l'intérieur du Temple, d'ailleurs peu concrète et mêlée de fortes erreurs historiques (par ex. Hadrien postérieur à Julien!).

(3) *ODO.*, 151 : *Creditur a quibusdam archa Dei adhuc in dicta rupe esse inclusa...*; *ITIN. JER.*, 183 : *En my le Temple est la Gran Roche ssacrée, ont estoit l'Arche Nostre Seigneur au temps de David...*; d'après *MAU.*, 171, Titus a emporté l'Arche à Rome; *THI.*, 36 la croit en Transjordanie d'après *II Mac.*, II, 5.

(4) A partir du Moyen Age les maisons de Pilate, d'Hérode, de Caïphe et d'Anne sont montrées dans le quartier où commence aujourd'hui le Chemin de Croix; cf. *ELS.*, p. 754 ss. Sur l'enchevêtrement de cette tradition avec celle de la Ville Haute (*JN.*, 482 ss.; *ELS.*, p. 714 ss.; 2^e éd., p. 561 ss.), cf. *JN.*, 577 ss., 610 ss.

quidam locus, in quo B. V. Maria stabat extra domum Pilati, dum filius suus intra dictam domum male tractaretur, cui exeunti et toti de verberibus sanguinolento ac crucem portanti, una cum aliis mulieribus obvians, prae dolore nimio quasi crepuit et cadens in terram exanimis sincopizavit (1). Quod Christus advertens, dirigens verbum aliis mulieribus, quae cum ipsa erant et secutae fuerant eum, dixit : « Filiae Jerusalem, nolite flere super me » etc. Item illo eodem vico est domus Joachim et Annae parentum B. V. Mariae, in qua est adhuc quaedam camera, ubi B. V. fuit nata.

Iuxta quam domum satis prope est illa piscina, in qua Christus curavit languidum, dicendo sibi (20^v) : « Tolle grabatum tuum et ambula. » Prope istam piscinam, in quodam alio vico, est domus Simonis Pharisei, in qua Christus recubuit et ipsum a lepra curavit ac Mariae Magdalene peccata dimisit. In fine huius vici est quaedam porta, quae vocatur porta S. Stephani, quia per illam portam eiecerunt eum extra civitatem Judaei et de templo, ubi disputabat cum eis, ita quod extra civitatem lapidaverunt eum in quodam campo, qui erat tunc temporis domini Gamalielis, qui doctor fuit magnus in lege (2).

Post illum locum descenditur ad vallem Josaphat, transeundo per torrentem Cedron, qui non fluit modo, nisi sint pluviae et inundantia aquarum; et dum fluxit sive fluit, solebat rigare et irrigat vineas, quae sunt circa civitatem in praedicta valle. Iuxta istum torrentem consuevit esse antiquitus quaedam parva villa (21^r), quae vocabatur Gethsemani, et modo totaliter est destructa. Iuxta quam, in ipsa valle Josaphat, est sepulcrum gloriosissimae V. Mariae in quadam ecclesia, quae non apparet quoad praesens exterius super terram, sed est subtus terram, bene profunde fabricata secundum modum antiquum; et in medio ipsius, in quadam parva camera, est praedictum sepulcrum fabricatum de albo marmore satis pulchro. Et ex una parte istius Ecclesiae crescit et gignitur continue pinguedo illius terrae in tanta abundantia quod, ut dicunt custodes sepulchri, nisi frequenter evacuaretur, cito tota illa ecclesia terrae pinguedine repletur, quod et ego vidi et magnum miraculum reputavi (3).

Prope sepulcrum Virginis gloriosae est quidam locus infra rupem

(1) SAN., 257 : *Ecclesia Sanctae Mariae de Pamason (= pâmoison), ubi beata illa Virgo sincopizavit prae dolore...* Cf. JN., 616; 598-604.

(2) D'abord commémorée au nord de la ville, la lapidation de S. Étienne a été transportée à l'est à partir du XIII^e s.; cf. JN., 758 ss. Cependant la Porte S. Étienne est encore placée au nord par BUR., 74; ODO., 152; SUD., 83; et cf. ITIN. JER., 41, 93, 104⁴, 153, 182.

(3) Ce « miracle », rapporté discrètement par MAU., 176, s'explique sans doute par des infiltrations du Cédron, quand il se fait torrent durant l'hiver; cf. BUR., 68, recopié par SAN., 256.

valde secretus ad orandum, in quo Christus oravit (21^v) ad Patrem et sanguinem sudavit. Iuxta quem locum, ad iactum unius lapidis, est quaedam planicies, ubi erat hortus in quo Christus introivit et discipuli eius et in quo fuit a Judaeis captus et a Juda traditus (1), suo discipulo proditore, et iuxta istum hortum et sepulcrum B. Virginis est via, qua itur et ascenditur ad montem Oliveti.

Post dicta loca in eadem valle Josaphat eundo dumtaxat continue per medium vallis, invenitur in parte sinistra (2) sepulcrum Josaphat regis Jerusalem pulchrum et subtilissimum, de uno solo lapide fabricatum (3).

In parte vero dextera dictae vallis est quidam fons profunde infra rupem, valde pulcher et secretus, in quo B. Virgo lavabat seu lavare faciebat pannos D. N. Jesu Christi (4).

Post hunc fontem venit ad portam Auream, per quam transit Christus sedens super (22^r) asinam in die de Ramis palmarum, quando a Judaeorum populo et Hebraeorum pueris fuit cum honore receptus. Et dicta porta stat adhuc tota integra in memoriam huius facti; stat etiam clausa, nec potest, ut dicitur, per aliquem aperiri, quamquam ad hoc multi Saracenorum operam dederint efficacem (5).

Item ad sinistram vallis Josaphat est quidam locus, in quo B. Iacobus minor, dictus frater Domini, abscondit se tempore passionis in quadam rupe, vovens quod non comederet nec biberet nec de illo loco recederet, donec Christus a mortuis surrexisset. Propter quod in die sancto Paschae apparuit sibi ibidem Dominus et eum fuit totaliter consolatus (6).

Post hoc eundo per eandem vallem inveniuntur ad dextram partem vallis iuxta civitatem Jerusalem Natatoria Siloe, in quibus caecus de mandato Christi fuit illuminatus. (22^v) Post haec venit ad quemdam locum in quo Judas proditor, desperans de seipso, laqueo se

(1) Agonie dans la grotte et Trahison-Arrestation dans le champ voisin, cette tradition des Occidentaux apparaît en effet au début du xiv^e s.; auparavant les localisations étaient inverses. Cf. *JN.*, 315.

(2) En marge, une main plus tardive corrige : « dextra, versus portam Damasci et supra sepulchrum V. Mariae ».

(3) Ce tombeau, « surmonté d'une très belle pyramide » (*BUR.*, 69), est dit aussi tombeau d'Absalom, selon une autre tradition que préfère Jacques de Vérone (*VER.*, 40 avec la note 88); cf. *JN.*, 852. Niccolò da Poggibonsi (*POG.*, 45) concilie les traditions.

(4) Ancienne source de *Gihon*, dite *Umm ed-Daradj* ou *Sitti Mariam*.

(5) Même affirmation catégorique chez *CAT.*, 375; *VER.*, 44; *POG.*, 53. Cependant les Croisés l'ouvraient deux fois l'an d'après Ernoul, *L'Etat de la Cité de Iherusalem*, vers 1231 (*ITIN. JER.*, 40), et le Continuateur anonyme de Guillaume de Tyr, vers 1261 (*ibid.*, 152). Cf. *JN.*, 832-841.

(6) Sur cette légende tirée de l'Évangile aux Hébreux et rapportée également par *VER.*, 41, 107; *POG.*, 45 s.; *FRE.*, 73, cf. *ABEL*, *La sépulture de Saint Jacques le Mineur*, *RB.*, 1919, 480-499; *JN.*, 845-849.

suspendit in quadam arbore, quae ibi adhuc est in memoriam dicti facti. Circa vallem istam sunt multa loca concava in rupe, in quibus eremitae et sancti homines antiquitus morabantur.

Item in parte sinistra vallis est quidam locus concavus in rupe, ad quem omnes discipuli fugerunt tempore passionis et captionis eius et ibidem se absconderunt (1).

Post illum locum invenitur quidam campus, qui vocatur Acheldemach, qui fuit emptus ad sepeliendum peregrinos (2) de illis xxx denariis, de quibus Judas proditor Christum vendidit Phariseis.

Post istum campum ascenditur in montem Sion, in quo est quaedam ecclesia fabricata in honorem B. Iacobi qui ibidem, ut dicitur, martyrium sustinuit pro nomine Jesu Christi (23^r). Item in eodem monte est una parva ecclesia, in qua est illud magnum saxum, quod fuit a Judaeis positum ad hostium monumenti. Et extra in muro ecclesiae dicitur esse una pars de columna Christi, in qua fuit flagellatus. Et ista parva ecclesia dicitur ecclesia Salvatoris.

Prope istum locum, ad tractum balistae, in eodem monte Sion (3) est quidam locus, in quo solebat esse domus in qua post ascensionem Christi B. V. Maria habitabat et in eodem loco omnibus apostolis de diversis mundi partibus subito congregatis ad Dominum migravit. Et ibidem prope dictum locum immediate est quidam locus secretus, ubi orabat, et quaedam petrosa piscina, in qua manus suas lavabat et cuius aqua in suis aliis necessitatibus utebatur.

Iuxta istum locum immediate est quidam alius locus, in quo Christus cum suis discipulis coenavit, sacra (23^v) mentum Missae instituit, Spiritum S. in die Pentecostes super apostolos misit et ubi etiam post resurrectionem suam omnibus discipulis apparuit, quando dixit eis : « Pax vobis ». Et est ibi modo fabricata capella, quae magis videtur esse caenaculum illud grande, ubi Christi discipuli suum Pascha paraverunt. Ante dictum Caenaculum est quidam lapis satis grossus, quem ad requestam B. Virginis ibidem angeli de monte Sion (4) portaverunt.

(1) Dans le couvent actuel de S. Onuphre. Cf. *Pog.*, 41; *Fre.*, 73; *Mar.*, 616; *Ang.*, 20.

(2) En 1336/40 Ludolphe de Sudheim (*Sud.*, 85) rapporte que les Frères Prêcheurs viennent d'acheter un terrain près de ce lieu. Le silence d'Humbert confirme que l'achat n'était pas encore fait en 1330. Cf. *Golubovich*, *op. l.*, IV, p. 28 note 1 et p. 243; V, pp. 38 et 242.

(3) Sur les souvenirs précis et innombrables que les pèlerins vénéraient au « Mont Sion », cf. *J.N.*, 451 ss.; *ELS.*, p. 597 ss.; 2^e éd., p. 471 ss. Tout en en rapportant un certain nombre, Humbert se montre sur ce point relativement discret.

(4) Lapsus pour « Sinai ». C'est de là en effet que les pèlerins font venir cette pierre miraculeuse (cf. l'higoumène Daniel dans *ELS.*, n. 758; *Cat.*, 381; *Mau.*, 173; *Fre.*, 74; *Guc.*, 189), la Vierge ayant désiré avoir un souvenir de la montagne où fut donnée la Loi (*Pog.*, 37; *Pen.*, 352). Certains attribuent ce transfert à la prière de S. Thomas : *San.*, 255; *Odo.*, 150.

Postea, eundo de monte Sion versus vallem Josaphat, ex parte una est locus, ubi fuit positum corpus B. Stephani postquam fuit lapidatus (1). Et post istum locum, in descensu vallis, est quidam locus, ubi apostoli, qui portabant corpus B. Virginis, illud deposuerunt propter metum Judaeorum, qui illud, si potuissent, rapere voluerunt, sed propter quaedam miracula ibi facta eos cum corpore abire (24^r) libere permiserunt (2). Et tunc apostoli cum solennibus exequiis ipsum portantes in valle Josaphat, in loco qui dictus est devote et solenniter sepelierunt.

Postea descendendo de monte Sion versus templum Domini (3) invenitur quidam locus, qui vocatur Gallicantus, in quo B. Petrus tristis et dolens, quia Christum negaverat, se abscondit et ibidem usque in diem tertium, donec Christus sibi apparuit, lamentatus est.

Item inter montem Sion et ecclesiam, in qua est sepulcrum Domini, est quidam locus, ad quem B. Joannes Ev. adduxit B. Mariam V. postquam Christus positus fuit in sepulcro; et in eodem loco ambo insolabiliter tota nocte steterunt.

Extra locum autem, in quo non est civitas Jerusalem, sunt multa [loca] sanctissima visitanda. Et primo qui vult ire de Jerusalem ad montem Oliveti, exeundo per portam S. Stephani, descenditur in vallem Josaphat et postea ascenditur ad (24^v) montem Oliveti, transeundo per viam, quam fecit Christus, quando equitando super asinam venit de monte Oliveti ad civitatem Jerusalem in die de Ramis palmarum. In qua via est quidam locus, in quo stabat B. Thomas apostolus, quando B. V. Maria in corpore et anima fuit in celum ab angelis gloriosissime deportata, propter quod in memoriale perpetuum zonam suam propriam sibi dedit (4).

Ultra istum locum, quasi in medio itineris, ascendendo superius in montem, est quidam lapis, super quem flevit Christus videns civitatem Jerusalem in die Ramorum, super quem et descendit de pullo asinae et ascendit super asinam, eo quod secundum aliquos pullus erat

Chez PIR., 406 il s'agit de *trois* pierres apportées du Sinaï, et l'on a là sans doute l'origine des trois pierres, de provenances diverses il est vrai, qui sont vénérées depuis plusieurs siècles dans la chapelle d'Etchmiadzin de l'église arménienne de S. Jacques (JN., 526, 542).

(1) En réalité entre son invention à Caphargamala (415) et sa déposition dans la basilique construite par Eudocie au nord de la ville (439). Bien que de courte durée, cette sépulture provisoire est restée dans la mémoire des pèlerins : voir pour notre époque THÉ., 27; SAN., 255; CAT., 381; MAU., 174; VER., 37; SUD., 77; POG., 38; FRE., 75; ANG., 22; ODO., 150; PEN., 353. Cf. JN., 747 s.

(2) Légende provenant de l'apocryphe *Transitus Mariae* et mentionnée également par la plupart des pèlerins cités à la note précédente, et dans le même contexte. Humbert omet le détail de la main du grand prêtre desséchée pour avoir touché le cercueil, ou des Juifs aveuglés, puis pénitents.

(3) Une main postérieure corrige : « versus torrentem cedron ».

(4) Même légende chez MAU., 177; POG., 49; FRE., 72; SIG., 188; MAR., 614; ANG., 17.

iuvenis et lascivus, vel secundum alios habebat dorsum scabiosum et ob hoc recalcitrabat nec se equitare spontanee permittebat (1).

Item in isto monte ex uno latere versus aquilonem est illa Galilea, in qua Christus apparuit omnibus apostolis (25^r) postquam a mortuis resurrexit, de quo angelus dixit mulieribus : « Cito euntes dicite discipulis eius et Petro, quia praecedet vos in Galileam » etc.

In ista etiam Galilea est locus, in quo B. Maria Magdalena morata fuit post ascensionem Christi, donec cum S. Lazaro et S. Maximino per mare usque Marsiliam pervenerunt.

Item in cacumine montis Oliveti est quidam locus, qui dicitur Schola Christi, eo quod ibidem frequenter suos discipulos docuit ac de multis subtilitatibus erudit, in quo etiam secundum aliquos *Pater noster* fecit, sed secundum alios, ut verius creditur, in monte S. Thabor fuit factum.

Item prope istum locum est quaedam ecclesia, in qua est quoddam sepulcrum satis pulchrum, in quo iacet corpus B. Mariae Aegyptiacae (2).

Super istam ecclesiam, paulo altius, est quidam alius locus, ubi nunc est ecclesia, in quo (25^v) Christus in die ascensionis apparuit omnibus suis discipulis ibidem recumbentibus et congregatis... In dicto etiam loco de quo Christus ascendit, apparet adhuc manifestissime forma et impressio pedum Christi.

De monte Oliveti itur ad quemdam locum, qui vocatur Betphage, in quo est adhuc lapis, super quem Christus ascendit, dum voluit ascendere super pullum asinae, filium subiugalis.

In isto autem loco consueverunt sacerdotes templi antiquitus ponere et custodire vitulos, boves (26^r), oves et asinos suos et ob hoc dicebatur viculus seu grantia sacerdotum (3).

De Betphage venit in Bethaniam, villam Lazari, quae fuit villa nobilis, in qua est sepulcrum satis pulchrum de albo marmore infra quamdam ecclesiam, de quo Christus coram omnibus Lazarum mor-

(1) Depuis la fin du XIII^e s. les pèlerins mentionnent souvent la pierre du *Dominus flevit* (REB., 333; VER., 43; POC., 49; cf. JN., 407 s.), mais non le changement de l'ânon pour l'ânesse. Le détail paraît original; cf. déjà cependant dans HIERON., Ep. 108, la mention à Bethphagé du *pullus lasciviens*. Sur cette « Galilée » du Mont des Oliviers, dont parlent tous les pèlerins, cf. JN., 408.

(2) Il s'agit en réalité de Ste Pélagie, courtisane repentie dont la cellule, puis le tombeau, au Mont des Oliviers étaient très célèbres chez les pèlerins; cf. JN., 388, 401, 406, 410. La confusion avec Ste Marie l'Égyptienne, autre repentie, n'est pas propre à Humbert : cf. VER., 43; ANON. ANGL., 455; POC., 47; FRE., 72; GOLUBOVICH, op. l., V, p. 347. En revanche, la mention un peu plus haut de Marie Magdeleine en ce lieu semble propre à Humbert, mais s'explique assez par la même confusion entre de célèbres pénitentes.

(3) HIERON., Ep. 108 (ELS., n. 574) : *villam sacerdotalium maxillarum*; Jean de Würzburg (ibid., n. 590, 3) : *vicus quidam sacerdotum*; ODO., 151 et FABRI (ELS., n. 601, 6) : *viculus sacerdotum*.

tuum suscitavit. Et ibidem, iuxta sepulcrum, est ille locus, in quo Christus stabat erectus, quando clamavit fortiter : « Lazare, veni foras. »

Ultra quem locum aliquantulum, in eadem ecclesia, est locus, ubi B. Maria Magdalena Christo domino obviavit dicens : « Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. »

De isto loco descenditur in Hiericho per quamdam vallem valde profundam, in cuius latere dextro dimittitur quoddam pulchrum castrum, quod fuit castrum Marthae, et venit primo, qui vult, ad locum deserti, in quo Christus xl (26^v) diebus et xl noctibus ieiunavit, et ascenditur in quamdam rupem valde altam, ubi nunc est capella, in qua diabolus de esu panium tentavit eum dicens : « Dic ut lapides isti panes fiant. »

Iuxta istum locum seorsum est quidam mons altissimus, ad quem ducens Christum diabolus, ostendit sibi omnia regna mundi, tentans eum de avaritia et cupiditate (1).

Subtus istum montem, inferius in planicie, est quidam locus, in quo fuit domus Abrahæ; et iuxta ipsum immediate est unus magnus fons, qui irrigat quasi totam patriam illam. Iuxta quem fontem nascuntur quaedam cannae, quasi arundines, de quibus fit zuchara (2).

Post hoc venit in Hiericho, quae fuit civitas nobilissima, sed nunc quasi totaliter est destructa (3), ubi et circumcirca reperiuntur serpentes in magna copia, de quibus fit teriacha in partibus orientabilibus et ubique (4).

Postea venit ad quamdam abbatiam monachorum Graecorum (27^r), quae fuit fundata in honorem B. Joannis Baptistae, eo quod post baptismum Christi B. Joannes praedicando baptismum poenitentiae et annunciando adventum Christi, multo tempore stetit ibi (5).

Deinde venit ad fluvium Jordanis qui est spissus et in fundo valde lutosus. Et de loco, ubi Christus fuit baptizatus usque ad mare Mor-

(1) Humbert assigne aux deux tentations deux hauteurs distinctes comme le font aussi BUR., 57 s.; RIC., 109; ODO., 156, tandis que la plupart des pèlerins les situe à mi-hauteur et au sommet de la même montagne, comme on le fait encore aujourd'hui. Cf. ELS., p. 237 ss.; 2^e éd., p. 189 ss.; et surtout A. AUGUSTINOVIC, O. F. M., *Gerico e dintorni*, Jérusalem, 1951, p. 120 ss.

(2) D'autres disent le jardin d'Abraham : ITIN. JER., 169, 196; MAU., 178; ODO., 156; SUP., 88. Il doit s'agir de l'oasis près de 'Aïn es-Sultan.

(3) Les pèlerins insistent à l'envi sur la déchéance et la petitesse de Jéricho après les Croisades; cf. AUGUSTINOVIC, *op. l.*, p. 95.

(4) « Triacle » dit Ernoul, en 1231, qui donne sur ces serpents des détails savoureux (ITIN. JER., 68 s.); cf. encore VRR., 50; SUP., 89; POG., 86; GUC., 134; et déjà, au vi^e s., l'Anonyme de Plaisance (ELS., n. 169, 4). Cette *teriacha* (θηριακά) était un médicament composé de nombreux ingrédients où entraient la chair de vipère et qui passait pour être un antidote efficace contre les morsures de vipères.

(5) Monastère du Prodromos, aujourd'hui *Qasr el-Yehud*; cf. ABEL, *RB.*, 1932, p. 241 ss.; AUGUSTINOVIC, *op. l.*, p. 170 ss.

tuum, quod fluvius iste intrat, sunt quasi duo miliaria. Post hunc venit ad quemdam locum qui dicitur, et verum est, abbatia B. Hieronymi, prope mare Mortuum ad tria miliaria. In hac abbatia transtulit B. Hieronymus totam Bibliam de Haebræo in Latinum, in qua etiam fuit factum miraculum de leone et asino, quod in sua legenda scribitur et narratur (1). In dicta abbatia sunt monachi caloieri (2) qui gaudentes et voluntarie procurant et recipiunt peregrinos christianos.

Postea venit (27^v) ad mare Mortuum, quod est amarissimum et foetidissimum et omnis vivae rei corruptivum, in signum, ut aestimo illius peccati vilissimi contra naturam, quod fuit ibi perpetratum a Gomorreis et pessimis Sodomitis qui, ubi nunc est mare Mortuum, antiquitus habitabant. Istud mare potest habere in ambitu iiij circiter dietas. In montibus vero, qui sunt prope mare, per quos fugerunt Loth et uxor eius et filiae, in uno dumtaxat illorum montium, stat adhuc ex integro uxor Loth ad modum et formam statuæ...

Visitatis dictis locis reditur per eandem vallem in Hierico, ubi ad unam leucam de Jerusalem venit ad quamdam abbatiam monachorum Graecorum, quae fundata est in illo loco et ob hoc : ubi crevit arbor et nata est, de (28^r) qua Crux Sanctissima fuit facta (3).

Post hanc, ad unam magnam leucam, venit ad quemdam locum, in quo fuit et in parte adhuc est domus et hospitium Zachariae et Helisabeth, parentum B. Joannis Bapt. (4). Iuxta quam domum est modo una ecclesia, in qua ex uno latere est sepulcrum, in quo iacet Zacharias et Helisabeth uxor sua, ex alio vero latere, in fronte tamen ecclesiae, est locus, in quo B. Joannes Bapt. fuit natus.

Prope istam ecclesiam, ad tractum balistae, est quidam fons pulcherrimus, iuxta quem Helisabet B. Mariae V. obviam iit, ubi se ad invicem salutantibus B. Joannes in utero Helisabeth exultavit. Et in eodem loco B. Maria fecit psalmum *Magnificat*, Dei magnificentiam et omnipotentiam extollendo.

Postea, ad dimidium leucam, venit ad quemdam locum, in quo fuit et adhuc est pro maiori parte castrum vocatum Emaus... (5).

(1) Le souvenir de S. Jérôme était attaché par les pèlerins au monastère de S. Gerasime (sur son emplacement probable, cf. Augustinović, *op. l.*, pp. 109 s., 194 s.), à cause d'une confusion entre Gerasimo et Girolamo. Cependant, tout en plaçant en ce lieu la vie érémitique de S. Jérôme et en lui attribuant le lion de S. Gerasime, les pèlerins commémorent correctement la traduction de la Bible à Bethléem. Mais Jacques de Vérone commet la même erreur qu'Humbert (VER., 55 et note 161).

(2) En marge, d'une main postérieure : « nunc vero arabi ».

(3) Monastère de Sainte-Croix.

(4) Aïn Karim. Cf. ELS., p. 52 ss.; 2^e éd., p. 44 ss.

(5) La localisation d'Emmaüs aux XIII-XIV^e s. est très incertaine, les données, d'ailleurs peu claires, des pèlerins se répartissant sur plusieurs sites (cf. VINCENT-ABEL, *Emmaüs*,

(28^v) De isto loco venit ad quemdam alium locum, qui vocatur Silo, in quo in domo Obededon Arca Domini fuit (1).

Deinde venit ad quemdam locum, in quo fuit civitas, quae vocatur Sychar, quae nunc destructa est. Iuxta quam erat in quadam valle pulcherrima civitas Samariae, quae nunc per Saracenos reaedificata est [et] vocatur Neapolis (2). Unde iuxta locum Sychar est adhuc ille puteus, ad quem venit haurire aquam illa mulier Samaritana...

(29^r) Iuxta istum locum, ad duos tractus balistae, apparet adhuc praedium Jacob, quod emit pro filio suo Joseph, quem tenerrime diligebat. In quo quidem praedio ossa ipsius Iacob (3), apportata de Aegypto, fuerunt deposita et sepulta inter duas columnas marmoreas, quarum una est ad pedes et alia est ad caput, quamquam nunc ambae pro maiori parte sint confractae.

Postea, transeundo per Neapolim sive Samariam, venit ad quemdam locum, ubi fuit civitas Sebaste, in qua Herodes morabatur et in qua decapitari fecit B. Joannem Bapt. Dicitur etiam ibi, quod civitas Sebaste fuit magnae nobilitatis et maximae fortitudinis, quod bene apparet adhuc in pilaribus et aliis quae supersunt.

Deinde descenditur et venit in quamdam planiciem, quae vocatur Planicies de fata (4), quae est in Galilea (29^v), latissima et pulcherrima, ad cuius dextram sunt quidam montes pulcherrimi, puta mons Thabor et Hermon... Prope montem Hermon (5) est adhuc civitas Naim...

De isto loco venit in Nazareth, ubi est quaedam quadrata camera, in qua B. V. Maria orabat, quando angelus Gabriel conceptum Filii sui ei nunciavit, et columna marmorea, iuxta quam in oratione per-

pp. 381-402). La distance qu'indique Humbert fait songer plutôt à *el-Qolôniah*, identification attestée dès la fin du XII^e s. (*ibid.*, p. 383), et qui paraît admise dans la carte florentine de 1300 (ZDPV., XIV, 1891, Tafel 1). Le Continuateur anonyme de Guillaume de Tyr, en 1261, nomme également Emmaüs après *Sainz Jehanz du Boiz* ('Ain Karim), à la distance d'une lieue (ITIN. JER., 171).

(1) Le *Silo* d'Humbert doit être *Nebi Samouïl*, selon une tradition attestée dès le XIII^e s. (cf. ABEL, *RB.*, 1912, p. 271), qui identifiait le lieu où le jeune Samuel servit l'Arche avec le lieu présumé de sa naissance et de sa sépulture. Cf. BUR., 72, 76 et la carte florentine de 1300 citée à la note précédente.

(2) C'est Sébaste qui représente l'ancienne Samarie, à 10 km de Naplouse; mais voir déjà l'higoumène Daniel (*ELS.*, n. 307) : « La ville de Samarie s'appelle à présent Néapolis »; cf. CAT., 378.

(3) Il s'agit en réalité de *Joseph*, confondu avec Jacob parce qu'il fut enterré dans son champ. Jacob avait été enseveli à Hébron. Cf. *Jos.*, xxiv, 32; *Gen.*, I, 13.

(4) Sans doute, avec une légère corruption, le *campus Fabe a quodam castello Faba dicto* de BUR., 49 s., et le *camp apelat de la fava* de CAT., 378, ainsi nommé d'un château construit par les Templiers au XII^e s., aujourd'hui *el-Foulé* = *Affuleh* (la Fève).

(5) Le « Petit Hermon » ou *Hermoniim* des *Ps.*, xli, 7 et lxxxviii, 13; identifié depuis l'époque byzantine avec le *Djebel Dahi*, au sud-ouest du Thabor. Cf. ABEL, *Géog. Pal.*, I, p. 357.

sistebat, et est etiam adhuc ibi (1). Iuxta quam cameram est maior ecclesia, quae nunc pro maiori parte destructa est. Deinde venit ad montem Thabor...

(30^r) Postea venit ad quamdam civitatem, quae vocatur Capharnaum...

De Capharnaum venit ad mare Galileae, quod est Tyberiadis sive stagnum Genezareth...

(30^v) Inter istud mare et Nazareth invenitur quaedam villula, quae vocatur Cana Galileae... Ultra mare Galileae, prope civitatem Tyberiadis, est quidam monticulus, in quo Christus (31^r) ascendit...

Postea venit ad Damascus, magnam civitatem et ditissimam, quae habet hortos pulcherrimos ac fluviales riparias valde pulchras, in qua quidem quasi continue omnium mercationum genera reperiuntur. In qua etiam est domus illius Ananiae, qui B. Paulum apostolum in ea baptizavit...

De Damasco venit ad quemdam locum, qui vocatur B. Maria de Sardenai, Gallice : Nostre Deme de Sardenei, ubi est quaedam abbatia monachorum Graecorum, in quorum ecclesia (31^v) est una pulchra et devota imago B. Mariae V., de qua continue fluit per modum sudoris oleum, quod est multum virtuosum ac diversarum infirmitatum sanativum (2).

Deinde venit ad quamdam civitatem sitam super mare, quae vocatur Baruch (3), iuxta quam est mons Libani. De Baruch venit Tripolis. Postea de Tripoli in Antiochiam, quae fuit antiquitus nobilissima et maxima civitas, in qua B. Petrus ap. sedit primo in cathedra septem annis.

De Antiochia, qui vult, venit in Armeniam (4), quae est ibi prope, et potest veniri ad eam per terram vel per mare, quamquam per mare ad eam citius veniatur. In ista Armenia inter omnia alia invenitur civitas Tarsensis, in qua B. Paulus ap. fuit natus. (32^r) Prope quam, ad unam tamen dietam, est quaedam alia civitas, dicta Alcacuim (5), ubi adhuc est una columna marmorea iuxta maiorem ecclesiam Arme-

(1) Cette colonne de marbre est souvent mentionnée par les pèlerins à partir du début du XIV^e s., comme marquant le lieu de la Vierge au moment de l'Annonciation; cf. Cl. Kopp, *Beiträge zur Geschichte Nazareths*, JPOS., XIX, 1939, p. 108 ss. Jacques de Vérone est tout déçouff de n'avoir pu en détacher un morceau, tant la pierre était dure... (VER., 115).

(2) Aujourd'hui *Seidnaya*. Tous les pèlerins de cette époque allaient vénérer ce fameux sanctuaire, et certains racontent avec force détails la légende de l'image miraculeuse, par ex. THI., 14-19; SUP., 99-101; FRE., 84 s.; et d'autres textes rassemblés dans MOLINIER-KOHLER, *Itinera Hierosolymitana...*, II, 1, Genève, 1885, pp. 259-266. Cf. P. PRÉTERS, *La légende de Saïdnaia*, dans les *Anal. Bolland.*, XXV, 1906, pp. 137-157.

(3) Ancienne orthographe de Beyrouth; cf. par ex. ITIN. JER., 85, 234; VER., 139.

(4) La Petite Arménie, c'est-à-dire la Cilicie.

(5) Je ne sais à quel site correspond ce nom, sans doute déformé.

norum, in qua B. Paulus fuit a Judaeis ligatus et diutissime flagellatus. Et ibidem prope istam columnam est quaedam magna cisterna, in qua praedictus apostolus Paulus per eosdem Iudaeos positus ad deliberandum, quid de eo facerent, stetit tribus diebus continuis absque omni humano solatio et omni cibo.

Postea de Aleatio (1) venit per mare in Cyprum. In Cypro vero sunt multa sanctuaria visitanda, de quibus quicumque vadit illuc, potest ab aliis de patria faciliter informari. Ego tamen illa hic exprimam, quae ipse personaliter visitavi. Iuxta civitatem Famagustam, quae est sita supra (32^v) mare, est quaedam alia civitas ad unam leucam, quae vocatur Salamina, sed tamen antiquitus Costa civitas vocabatur, in qua B. Catherina, Costi regis filia, fuit nata (2). In hac fuit inventum corpus B. Epiphanii, quod tamen antea subtus terram steterat mcccc annis. In ista eadem civitate praedicavit B. Bartholomaeus ap., natione Cyprius. Quem praedicantem Judaei de civitate et praedicatorio turpiter eiecerunt ac violenter duxerunt extra ad quemdam locum, in quo ipsum combusserunt. Et propter hoc in honorem ipsius fuit et est ibi fabricata ecclesia satis pulchra. Iuxta quam, ad tractum balistae, fuerunt inventa eius ossa, ubi, combusta minime, fuerant prius posita et absconsa.

Item in Cypro (et sit finis) est quidam locus devotissimus in summitate (33^r) cuiusdam montis altissimi, in quo est quaedam abbatia satis pulchra et devota, in cuius ecclesia iuxta altare maius et sinistram partem extra chorum est adhuc crux tota integra boni Latronis (3), qui dixit Christo, dum pendebat in cruce : « Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum. » Cui respondens Christus assertive subiunxit : « Amen dico tibi : hodie mecum eris in paradiso. » Ad quem nos perducatur ipse Dei filius, qui est per infinita saecula saeculorum benedictus. Amen.

Rome.

Jérusalem.

Thomas KAEPPÉLI, O. P.

Pierre BENOIT, O. P.

(1) Sans doute *Laiacium* de RIC., 113 et *Logaze* de VER., 18, aujourd'hui *Ayas*, sur la rive nord du golfe d'Alexandrette, port actif à l'époque des Croisades.

(2) Cf. SUP., 33; ANON. ANGL., 447. Sur cette origine de Ste Catherine d'Alexandrie dans la légende hagiographique, cf. *Catalogus Codicum Hagiographicorum Bibliothecae Regiae Bruxellensis* (« Subsidia Hagiographica » n° 1 des Bollandistes), Bruxelles, I, 1886, p. 105; II, 1889, p. 162 ss. La ville est l'ancienne Constantia que MAR., 631 s. appelle Costanza et dit construite par un roi Constantius.

(3) Les pèlerins du Moyen Age vénéraient beaucoup cette croix qui, d'après la légende, avait été apportée là par l'impératrice Hélène et se tenait miraculeusement dans l'air, sans appui. Cf. OLD., 181 s.; SUP., 32; VER., 19; MAU., 141; ANON. ANGL., 446; MAR., 635 ss.; ANG., 82. Sur ce monastère, appelé aujourd'hui *Stavrb Founi*, et sur son histoire, cf. C. ENLART, *Rev. de l'Or. Lat.*, IV, 1896, pp. 625-631.